

78 *leges fori & styli, vxorem ad communia debita obligantes, quando lucris minime renunciauit, aperte probate sint in l. 53. ac dict. l. 60. Tauri, quae sunt l. 8. & 9. tit. 9. lib. 5. noua compilat. quae correcte videri non debent per dictam l. 61. Tauri, & dictam l. 9. tit. 3. l. 9. noua compil. generaliter disponentes, vxorem simul cum marito obligatam, non teneri, nisi quatenus probetur, in vxoris utilitatem debitum conuersum fuisse: siquidem intelligi possunt, ac debent, ad vitandam correctionem in bonis propriis dotalibus, vt paraphernalibus, ex regula legis si quando 33. C. de inofficiis. testament. l. praeipimus 32. in fine. C. de appellat. cum similibus, atque ita plane videntur accepisse Palae. Rubens, sui immemor, in reper. rubrica de donat. inter, § 60. num. 1. 2. & 7. D. Praefes Couarr. lib. 3. var. c. 19. num. 3. Matiençus sibi quoque parum constans in l. 3. dict. tit. 9. lib. 5. noua compilat. glof. 7. num. 2. & a num. 7. Azeuedus in d. l. 9. tit. 9. eodem lib. 5. n. 20. Barbosa in l. 1. 4. p. a n. 90. ff. solmo matrim. Morquech. de dnuib. bonor. lib. 2. cap. 12. n. 4. cum seqq. maxime n. 26.

79 Quibus consensum est, vt ne dum prior pars dicta l. styli in correctam maneat, sed & secunda, illam amplians, vt & vltat obligationem vxoris minoris, aequè ac si maior esset, cum marito in bonis communibus quomodocumque facta. Verum ego quoad hanc partem existimo, frustra de correctione queri, hoc enim supponit, legem styli ipsam per se, etiam si nulla lege Tauri, ordinationi, aut compilationis approbata sit, prout re vera in ea parte approbata minime reperitur, vim ligandi habere, nisi nouiore alia lege correctæ fuerit; quod vtique vel ex eo falsum esse conuincitur, quòd & si demus, * styli leges, verè, ac propriè leges esse, ab eo editas, qui auctoritatem legis condendæ habuerit, quod adhuc non satis constat, nihilominus illæ nil aliud sunt, quàm declaratio legum fori, vt ex earum proemio liquet, illic, per ora manerit se hanc declarationem de las leyes del fuero; adeoque eo tantum casu locum obtinere possunt, quo & ipsius fori Regij functiones, iuxta reg. Text. in auth. de filiis, ante dotalia instrumenta natis, in fine praefationis, vers. seu §. tertia verò constitutione, collation. 3. Porò * ad vim, & auctoritatem fori Regij functionum, de earum vsu, & obseruantia in loco, vbi lis agitur, constare ex partibus, quia interest, probatione debet, quemadmodum apparet ex l. 1. Tauri, quae est lex 1. tit. 1. lib. 2. noua compilat. post principium, illic. Mandamos, que los dichos fueros sean guardados en aquellos reynos, que vsaron, & post medium ibi, en la que son, o fueren vsados, & guardados en los dichos lugares. Ex quibus sic probant Roderic. Suar. in proemio fori num. 1. Didacus Castellus verbo en que se vsaron & verbo en lo que fueren vsados: & post alios Burgensis Marcus Salon de Pace num. 18. & a num. 97. (vbi latissime ad partes disputat, sic tandem concludens) in d. l. 1. Tauri, vbi & Ant. Gomez. ac reliqui Tauri tractat obseruatunt, idem tom. 2. var. c. 13. num. 2. in fine principij, Gregor. Lop. in l. 7. verbo paladino, siue glo. 4. post princip. tit. 2. p. 1. in l. 3. glof. vlt. in fin. tit. 3. & in l. 4. 2. gl. 3. tit. 1. p. 1. & in l. 18. gl. 1. circa fi. vers. cum verè non sint leges, tit. 15. p. 7. Franciscus Auileffus, quamuis parum firmiter, in capitibus Praetorum c. 19. verbo guardat num. 2. Gundissaluz Paz. in praxi tom. 1. 5. annotat. num. 31. & 32. Matiençus ad l. 2. tit. 9. lib. 5. noua compilat. glof. 1. num. 16. Ioan. Gutier. de iuram. confirmat. l. p. 6. 3. num. 15. & cap. 18. num. 1. & praxi. quast. lib. 2. 9. 93. num. 2. 3. & 4. (vbi qualiter ille vsus probari debeat, recte post alios docet) Azeuedus in d. l. 3. compilat. a num. 4. D. Ant. Corduba de La-

ra ad l. si quis à liberis §. si mater, num. 80. ad fin. ff. de liber. agnos. Pater Sanchez de matrim. lib. 6. dispus. 1. num. 5. ergo * & ad auctoritatem, ac vim legum styli quae fori legum declaratoriae sunt, earum vsu, & obseruantiam eodem modo probari oportet; prout in terminis docuerunt Didacus Segura in tract. de bonis lucrativis constante matrim. num. 183. sub vers. octauò possumus, Rodericus Suar. in l. 1. tit. de las ganancias lib. 3. fori, num. 5. sub vers. vnam videtur ponere, Ioannes Horocius in l. de quibus num. 39. 40. 97. & 98. ff. de legibus, Burgensis Marcus Salon de Pace (qui & ad partes late disputat, ac sic demum concludit) in d. l. 1. Tauri a num. 280. ad 291. Gundissaluz Paz d. 5. annotat. num. 33. Azeuedus in d. l. 3. tit. 1. lib. 2. noua compilat. num. 8. & 11. Don. Ioannes Vela de penis delictorum c. 24. num. 15. Guic. in auth. Sacramenta paberum, num. 66. & 67. C. si aduersus vendit. quicquid contrarium probare conuenit D. Christophorus de Paz, Burgensis argumentis non rectè (in fallor) satisfaciens, ad leges styli, in proemio, schol. 1. a num. 16. & maxime num. 47. vsque in fin. Cuius potissimum fundamentum in eo est, quòd cum Principes, earum legum conditor leges fori declaratas, sic eas vsu receptas esse testetur, prout in legibus illi exprimitur, si sit omninò fides adhibenda.

In quo apterrime fallitur, quia Princeps, si quis forsitan eas styli leges compilari iussit minime propterea testatur de vsu recepto legum fori, sed eas tantum declarat, qualiter scilicet ad stylium, & praxim reducendæ sunt, adeoque necesse est, vt aliqui de huiusmodi stylo, & praxi contere argum. 84 vulgaris reg. * quòd qui declarat, nihil de nouo agit sed id, quod est detegit, quod vulgo sumitur ex l. haec edes palam 21. §. 1. vers. nihil enim nunc dat, sed dant significat ff. de testam. l. adeo 7. §. cum quis ex aliena, in fin. ff. de acquir. rer. domin. cum relatis ab Ant. Gabr. somnu. concl. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 3. num. 1. D. Ioan. del Castil. optime exornantes, quotid. controu. to. 3. c. 10. num. 30. & tom. 4. c. 19. nu. 30. & c. 56. num. 88.



DISSERTATIO III.

De filiis Regum regni successoribus, an puberes relicti curatorem accipere necesse habeant, & ad quod vsque tempus, si pupilli sint, eorum tutela duret, quidque circa hoc consuetudo induxerit, anque in masculis introducta ad feminas ex rationis identitate extendatur? ad explicationem, & ornatum l. 3. vers. e que lo tengan, & vers. e si fuere hija, tit. 15. part. 2.

S V M M A R I A.

- 1 Dissertatio huius annexenda ratio traditur.
2 Regum filii, quibus Regni successio delata est in adulta aetate, antequam vi facultate ceteris pueribus concessa absque curatore videntur valde apud interpretes controuersum esse, quorum sententia referuntur, & 4. num. seqq.
3 Affirmatiua sententia referitur.
4 Negatiua, a reg. §. item iuuit, inf. de curatoribus.

bus, excipiens Regum, magnorumque Principum filios, vt facultate illa vi nequeant, recensetur. 5 Tertia adfertur sententia distinguendum inter ea, quae pertinent ad Regni administrationem, vt ad ea Regi adulescenti curator sit omninò dandus, & ea, quae solius iustitia exercitium concernunt, in quibus contra statuum.

6 Quarta adducitur rem ita componendum, vt Regi minori curator non detur, sed tutor, durans vsque ad annum viginti, quam insuper quidam Doctores, aliqui non contemnenda auctoritate, probabiliorum esse agnoscit.

7 Lex 3. post medium, vers. e que lo tengan, tit. 15. p. 2. vltimam hanc sententiam amplexa est, ibid.

8 Lex illa pariter illud addidit, vt si filia fuerit, cui Regni successio delata est, eius tutela duret donec in quacumque adulta aetate matrimonium contraxerit, & qualiter id accipiendum sit.

9 Gregorius Lopez in l. 3. glof. 4. in fine tit. 15. p. 2. primo aspectu non satis videtur eius legis mentem percepisse, sed defenditur, vt saniorum intellectum amplexus fuerit.

10 Lex illa Regia dispositum circa Regina minoritatem, non est ad caeteras feminas minores tractandum.

11 Tutela Regum ex recepta Hispania consuetudine, quia pariter lex antiqua est, non ampliori tempore quam subditorum durat, sed pubertate quoque finitur, ex indeque eius Regni, & iustitia administrationem suscipere licet.

12 Rex Alphonsus I. decimo quinto sua aetate anno regimini Regni suscepti, curiaque Vallisolei celebravit.

13 Carolus V. Hispania Rex, & Romanorum Imperator, inuicissimè Regis nostri Philippi IV. proauus, anno sua aetate decimo septimo regnare cepit.

¶ Rex noster Philippus IV. sub eodem aetate sua anno 17. nec expleto, sed taño tantum, & a Christo nato 1621. Regni suscepit insulas, ibidem.

14 Rex, vel supremus Princeps, vbi ex recepta consuetudine, qualis apud nos viget, curatorem non accipit, non tamen solus arbitrio suo Regnum administrat, sed cum consilio procerum, seu prudentum ac fidelium virorum, in consilium suum adlecturum.

15 Hispania nostra experitur hodie, & semper experta est prudentissimos, ac fidelissimos consiliarios.

16 Rex, vel Princeps supremus aetate aliqui aetate gaudens, an requirere, ac sequi teneatur legibus ferendis, & aliis, ad Regni regimen pertinentibus, procerum, consiliariorumque suorum consilium, controuersum est; negatiua tamen sententia longe receptior, et non ex iuris rigore, sed de bonitate tantum ad id obligetur.

17 Princeps minor, cum solus Regnum administrat, omninò consilio indiget, idque requirere ac sequi tenetur, non ex sola humanitatis, & beneficii ratione, sed ex ipsa iuris necessitate, iuxta vim, quam directiuam vocant.

18 Princeps tunc dicitur solus Regnum administrare, vt quae promissum locum habeant, cum non tantum absque curatore vinit, sed & sine alio, spontè à se in familiarem, seu domesticum consiliarium, quem vulgo priuatum dicimus, assumpto.

19 Reges ab antiquissimis temporibus aliquem virum consilium in familiarum suum, seu domesticum consiliarium adlegere consueverunt.

20 Reges quae conditiones in domesticis familiaribus tum diligendis, tum seruandis, & in officio continentis obseruare debeant, & quae vice versatim delectis, quò magis in tuo maneat remissus.

21 Regibus Hispania antiquissimum est, priuati, ac selectoris viros, vel in adiutorium, & tanta molis leuamen, ac solatium aliquod sibi assumere, in quam rem expenduntur aliquot compitae, leges, & a quo eas auctor accepit.

22 Principis tantam gratiam qui meruit, vt ab eo in priuatum eligeretur, si Princeps minor sit, iure optimo, quod ad Resp. gubernium, & iustitiae administrationem attinet, & curatore vices geret.

23 Rex minor, vbi curatorem accepturus esset, non alium, quam à se nominatum accipere adstrictus foret.

24 Rex domesticum habens consiliarium prudentem, illustrem, aliisque nominibus conspiciuum, & Regia amicitia iudicio populi dignum, cum tempestate hac Hispania nostra experitur, pro maiore per omnia habendum est.

25 Reges nostra Hispania humanissimi semper fuerunt maximaque iustitia, ac publica quietis cultores, & amatores, & procerum, consiliariorumque suorum consilium in omnibus per eos gerenda semper requirere, & obseruare non sultis.

26 Leges nostra Hispania sanctissima sunt, & prudentissima.

27 Agentes omnia cum consilio, reguntur sapientia.

28 Bartholomaei Humada singularis sententia, dum legis pariter, statuumque Rex minor vsque ad 20. annos sub curatore vinit, desuetudinem negat, impugnatur eiusque fundamentum refertur.

29 Ioannes Gutierrez, qui Humada obiectum reuerens, nihil ei respondit, sed contrarium insinuat, hoc ipse satis eius debilitatem insinuat.

¶ Diana, siue Luna, regu canem, in eam noctu latrantem neglectio expenditur, ibid.

30 Consuetudo à lege differit, quòd lex per solam superiorum, seu Principum fertur, consuetudo vero inducitur per Principem, & populum simul, siue ex vtriusque scientia, & patientia.

31 Principis consensus an ad consuetudinem induendam requiratur, iure communi controuersum est, sed apud nos res est expedita ex legibus Regiis, talem consensus planè desiderantibus.

32 Principis consensus ne dum interuenit in actibus, ex quibus Hispania consuetudo, vt Reges adulti absque curatore Regni gubernaculum suscipiant inducitur, sed & populi, seu Regni, illis cum possit minime contradicentis.

¶ Proceres Regni, summique consiliarij, vice populi Principi adsunt, eumque representant ibid.

33 Concilium civitatis, civitatem ipsam representat, eiusque nomine statuta facere, vel consuetudinem inducere, & approbare potest.

34 Proceres ac procuratores Regni Hispania in actibus, in quibus permiserunt, Regem minorem natu solum absque curatore Regnum gubernare, non possunt dici ex aliqua tunc occurrenti causa à se non permisisse, aut expediti indicasse, nisi à contentante hoc ita emisisse, talis causa ostendatur.

35 Probare nemo vult dicitur aliquid ita esse, dum id tantum probat, quòd ab eo coningit abesse.

36 Exceptionem regula alleganti, onus tam probandi incumbit.

37 Consuetudo contra legem inducitur ex duobus tantum actibus, etiam extraiudicialibus, populo, vel

- vel materi eius parti notariis, ac longo tempore obseruatis, inaque elicto populi consensu a contraria lege recedendi.
- 38 *Burgensis Marcus Salon de Pare ad longi temporis consuetudinem inducendam solos iudiciales actus admittit, ad consuetudinem uero longissimi temporis, etiam extraiudiciales.*
- 39 *Euerard. Bronchorst ad consuetudinem inducendam, & si actus extraiudiciales eorum communi admittat, at ab ea discedit, dum duobus tantum actibus, ac decennij tempore contenta essent, nam ipse actus, maiusque tempus requirit.*
- 40 *D. Ioannes Baptista Valenzuela, dum iudiciales actus ad consuetudinem inducendam requirit, iuxta leges partitarum accipiendus est, prout eas Gregor. intelligit, cum agitur de probanda eo modo consuetudine.*
- 41 *Consuetudo non alias ex pluribus etiam actibus, ac longo tempore continuatis resistere uulgo creditur, quam si actus illi fiant animo consuetudinem inducendi eo quod ex gratia, vel tolerantia, aut ex alia causa permitti poterim, & qualiter hac sententia accipienda sit, cum quinque numeris sequ.*
- 42 *Consuetudo, ut indulta dicatur ex tacito populi consensu, non est necesse, animum eius inducenda directo probare.*
- 43 *Consuetudo ab una parte allegata, si ab altera in controuersiam uocatur, probanda est per allegantem.*
- 44 *Consuetudo ut indulta dicatur, probari debent tales actus, ex quibus contrarius, uel diuersus animus non colligatur, nempe consuetudinem ex illis non inducendam, ut exemplis remissiuè ostenditur.*
- 45 *Consuetudinem inducendi, & a contraria lege recedendi animus, in dubio colligitur, & presumitur ex actibus populi diuino tempore continuatis, dum aliud ex aduerso non probatur.*
- 46 *Pater Francisci Suarez, plures requirens circumstantia qua uix, aut raro verificari possunt, ad presumendum in populo ex actibus, etiam longo tempore continuatis, animum se obligandi, & consuetudinem inducendi, refellit.*
- 47 *Consuetudinem inducere sufficiens etiam est uenias a litis tractum successuum habens, siue continuationem per tempus requisitum ad consuetudinem inducendam, ac populo notarius.*
- 48 *Regis uenias minoris annis 20. exemplum, qui ex consensu Regni, seu eius procuratorum, ac procerum, illud representantium, nec contradiuentium, cum possent, Regni administrationem solus suscepisset, ac longo tempore exercuisset, sufficeret ad inducendam consuetudinem contra legem partita, exigentem, ut Rex minor usque ad 20. annos sub curatore uiuat.*
- 49 *Proceres Regni Hispania, eiusque procuratores nulla alia causa moueri poterunt ad admittendum, quod Reges minores natu absque curatore Regnum gubernarent, quam quod ita expediens iudicauerint publica Regni quieti, qua ex eius administratione per curatores facta non parum turbari solet.*
- 50 *Alphonsi Regis Portugallia tutelam gessit infans Don Petrus eius parvus, qui postea Regni regimen eidem puberi factu reddens, & ab eodem iterum commendatum accipiens, magnis seditionibus, ac bellis civilibus causam praeiuit.*
- 51 *Gallorum lex ab eorum Rege Carolo V. lata in eam rem expeditur.*

- 52 *Famina minor in Regno succedens, etiam antequam nubat, Regni gubernaculum suscipere apud nos potest.*
- 53 *Consuetudo ex rationis identitate ad similem causam extenditur.*
- 54 *Id quod de illa consuetudine committer DD. intelligunt, qua secundum, uel praeter legem est, non etiam de consuetudine legi contraria, cuius extensionem ex rationis etiam identitate inficiantur.*
- 55 *Limitatio haec, ex veriore, ac receptiore sententia, contra nonnullos, eo demum casu procedit, quo ratio consuetudinis inducendae obsecra, & incerta est, secus si moraliter certa existimetur, quia nulla alia reddi potest, aut non alia fuisse uulgo putatur, quod index ex circumstantiis cognoscet.*
- 56 *Statutum municipale, non minus stricti iuris est, quam consuetudo, eandemque interpretationem, uel extensionem admittit.*
- 57 *Consuetudo an una, uel pluribus rationibus iuri praesumatur, uel extensionem admittat, uel non, & an probatione egeat remissiuè.*
- 58 *Consuetudo, qua apud nos inualuit, ut Rex minor solus Regni gubernaculum suscipere non alia ratione introducta est, quam ut fraudes, ac delicta, qua alias aduersus Reipublicam tranquillitatem committi possent, uiderentur.*
- 59 *Consuetudo ex ea ratione multo planius ad Regnam minorem extendi debet, & quare? cum num. sequ.*
- 60 *Fraudes, ac delicta vitandi ratione, etiam edicta, & qua alicui stricti iuris sunt, extensionem admittunt.*
- 61 *Consuetudo Reipublica favorabilis extendenda est.*
- 62 *Consuetudo, primogenitae Regni in defertens, ad primogenitam est extendenda masculo non existente.*
- ¶ *Masculinum concepti femininum in materia indifferenti, & in favorabilibus, ibid.*

APPENDIX DVARVM PRÆCEDENTIVM.

Diximus dissertat. 1. sub n. 54. in solut. ad 2. argumentum, circa intellectum legis 3. post medium, uers. e que lo tengam, & uers. e si fuere sija, tit. 15. par. 2. eius legis dispositionem, specialem esse in filiis Regum Regni successibus, siue masculis, siue feminis, ut illorum uidelicet tutela usque ad viginti annos daret, harum uero usque ad matrimonij contractum, cuius specialitatis rationem, & nonnulla in eius legis proposito ad praxim uilia, & in Senatu obiter tractata, ut potè latiore examinationem postulantia, quam locus ille pateretur, in hunc reuocare, seu referuare commodius uisum est.

Specialitas itaque dictae legis partitae in eo consistit, quod apud iuris interpretes ualde sit controuersum, utrum in filiis Regum, quibus Regni successio delata est, locus sit necne regulae Textus in §. item inuiti, iustitia de curatoribus, ut eis, ex quo puberes esse ceperint, aut feminae uiripotentes, non sit inuitis curator dandus? Aliis quidem * regulae locum esse contententibus, ut Imola Dominico, Philippo Franco, Philippo Probo, Ioanne à Terra Rubra, & Menchaca, quos referunt Caldas Pereira ad l. si curatorem habens, C. de in integ. restitut. uerbo hunc contractum, n. 46. in princ. Ioannes Guicci. de tutel. 1. part. c. 18. num. 4. Leander.

Leander Galganet de tutela & cura lib. 1. tit. 12. num. 9. in princ. Paulus Montanus, magis hanc sententiam probans, de tutel. cap. 37. reg. 1. num. 70. in princ. iuncto num. 71. cum duob. seq. nouissime D. Ioannes Baptista Valenzuela consil. 198. num. 125. tom. 2. (ubi affert plures alios) & Antonius Merenda controu. iur. lib. 6. cap. 46. num. 6. Alii uero * negantibus, & à praefata reg. Regum, magnorumque Principum filios subducentibus, ut his etiam inuitis iure directo curator detur, ut Oldrado, Ioanne Andrea, ac penè innumeris, quos congerunt, magisque probant Tiraquel, de iure primog. quest. 40. num. 207. Anton. Gomezius ad l. 40. Tauri, num. 9. & uers. solut. lib. 3. cap. 1. num. 36. uers. sed bis non obstantibus, Siluestr. Aldobrandinus num. 7. in d. §. item inuiti, & Ioannes Oinotomus ad principium eiusdem tituli. (ubi eum quoque §. legit) Parlad. lib. 1. rerum quotid. cap. 12. num. 11. Caldas Pereira in d. l. si curatorem, uerbo hunc contractum, numer. 57. uers. haec mala, Melchior Pelaez à Mieres, limitans in filiis magnatum, Rege inferiorum, siue superiorum recognoscendum, de maiorat. p. 2. quest. 5. numer. 14. & 15. & 4. p. quest. 18. numer. 2. & 4. iuxta nouiorem editionem. Galganet. dict. tit. 12. numer. 6. Ioannes Guicci. d. cap. 18. numer. 1. uers. sententiam igitur, Marcellus Conuerianus ad tituli. infl. de curator. §. 1. num. 13. Stephanus Gratianus disceprat. forens. tom. 2. cap. 225. numer. 5. 6. & 7. Ant. Merenda dict. cap. 46. sub nu. 3. quibus & alij ad possunt, quos nouissime congerit D. Ioannes Baptista Valenzuela dict. consil. 198. numer. 80. & 124. Alijs * distinguuntibus inter ea quae pertinent ad Regni administrationem, ad quae Regi adolescenti curatorem omnino dandum esse constitutum, dicta regula limitata, argument. l. ad reuocandum §. ff. de numeribus, & honoribus, & ea, quae solius iurisdictionis, seu iustitiae exercitium concernunt, in quibus illi potius regulae locum esse uolunt, ut ad haec Rex minor curator non egeat, sed consiliatorum suorum interuentu ea possit peragere, iuxta regulam l. huiusmodi §. Cod. de legibus, cuius distinctionis auctores sunt Bart. in l. quidam consulebant 57. num. 13. ff. de re iudicata, Abb. Panormit. in cap. cum uiginti §. 1. numer. 3. de officio delegati, ac nonnulli alij, quos commemorant Caldas Pereira dict. uers. haec mala, ad finem Guicci. dict. cap. 18. num. 4. Galganet. dict. tituli. 12. num. 9. uers. Bartolus uero, Paulus Montanus dict. cap. 37. reg. 1. num. 70. uers. sunt etiam, D. Illephons. Per. de Lara in compend. iur. h. omnis cap. 16. num. 9. uers. alij sunt dicentes, D. Ioannes Baptista Valenzuela dict. num. 124. circa finem, uers. & alia opinio Bartoli fuerit. Alii denique * rem ita componentibus, ut Regi minori curator non detur, sed tutor, durans usque ad annum uigintiimum, quasi ad eam usque aetatem tutoris adiumento, & institutione egeat, ut rectè, & prudenter Regnum gubernare ualeat, ex illa autem, ut potè plenam excedente pubertate, quae maiorem iudicij stabilitatem habere creditur, sufficiens ipse sit ad Regni gubernaculum.

Cum igitur articulus ille ita esset controuersus, uariisque opinionibus obrutus, postremam hanc sententiam, seu distinctionem (quam impius quidam Doctor, alioquin non contemnenda auctoritatis, probabiliorum esse agnoscit, licet ei non adhaeret) aplexa magis est lex partitae, supra commemorata, in uers. e que lo tengam, ut uidere licet apud Oldradum, qui cam l. allegat, consil. 52. num. 3. & apud Gregorium Lopez ibi gl. 3. apertius apud Bartholomeum Humada in sedita ad eandem Gregorij glossam, qui nonnulla con-

traria, per eum tacta remouet, & D. Illephonsus Perez de Lara dict. cap. 16. num. 9. uers. tamen, d. lex 3.

Illudque addidit lex illa partitae in uers. e si fuere sija, ut si filia fuerit, cui Regni successio delata est, eius tutela duret donec in quacumque adulta aetate matrimonium contraxerit, nempè (uti ego interpretor, ac necessarid ex iuris principiis supplendum esse existimo) cum uiro aliquo capace Regnum per se administrandi, uel consilium circa administrationem uixi praebendi, hoc est 20. annis maiore prout in masculo Regni successore lex illa desiderat, quae ita in speciale est, ut tunc finitur tutela, quia de consilio matris Regnum ipsa administrabit, ut aduertit Gregorius Lopez ibi gloss. 4. in fine, id quod nos sequenti dissertat. aptius examinabimus, licet * ex his, quae idem Gregor. initio illius glossae praefatur, conici possit, non satis eum rem hanc percipisse, sed uoluisse, ut & filiae Regis tutela, per matrimonium non finitur, sed adhuc duret, ipsa nihilominus sub consilio matris Regni administrationem habente, quod utique à uero, ac legitimo sensu uerborum illius legis profus abhorret; Quare magis est, ut existimem, doctissimum Gregorium Lopez, hoc tantum eo loci sensisse, quod & nos supra dissertat. 1. in solut. ad 3. argum. sub num. 54. firmauimus, ex eo nempè, * quod in ea lege specialiter in filia Regis statutum est, non esse generaliter intelligendum, in ceteris quoque personis tutelam finiri per matrimonium, cum non nisi pubertate finiat, ut ipse ibi probat, & nos latissime in superioribus comprobauimus.

Verum in proposito dictae legis partitae duo ad praxim uilia, nec haecenus satis expedita, peculiari obseruatione, ac tractatione pro materiae dignitate, & granitate digni duxi. Primum est, quod nuper traditis propius accedit, adeoque separatim hoc loci tractata institutum, illius nempè legis dispositionem (quicquid contradicat Humada inferius referendus ac rescellendus) paulatim in disuetudinem abiisse, motibusque apud nos priorem magis inualuisse opinionem, ut tutela Regum non amplioris tempore, quam subditorum duret, sed pubertate quoque finiat, exindeque eis maxime puberibus iam relicta, liberum omnino sit, Regni administrationem suscipere, quoniam id ita semper obseruatum fuisse legitur, ut uidere licet, cum ex l. 3. tit. 10. lib. 5. nona compilat. ubi traditum est, * Regem Alphonsum II. decimo quinto suae aetatis anno, regnum Regni suscepisse, curiaque Vallisoleti celebraffe, tum etiam ex alijs pluribus exemplis, quae usque ad Carolum V * qui anno decimo septimo regnare cepit, inuicissimi Regis nostri Philippi I V. (qui & ipse sub eodem, nec expleto quidem, sed tacto tantum, suae aetatis anno, & à Christo nato 1621. quo & haec scribere cepimus, Regni suscepit infans) prouaunt, in proposito aduertit Greg. Lop. in d. l. 3. part. 1. §. 1. Galpar Baeca de decima tutoris c. 9. n. 10. Azuevedus in l. 1. tit. 3. lib. 2. noua compilat. n. 8. post prin. & in l. 1. tit. 10. lib. 5. sub n. 2. Gutierrez de tutel. d. 1. p. c. 18. n. 27. & 28. Melchior Pelaez à Mieres de maioratibus 4. p. q. 38. n. 2. iuxta nouiorem editionem. D. Illephonsus Perez de Lara (qui idem quoad inuicissimum Regem nostrum Philippum IV. testatur, eiusque in proposito disertissimum dictum commemorat) d. c. 16. à n. 3. ad medium, uers. sed Gregorius, usque ad numer. 11. inclusive D. Ioannes Baptista Valenzuela consil. 198. numer. 2. tom. 2. ac uti certissimum supponunt Galganet. de tutela, & cura lib. 1. dict. tit. 12. num. 12. uers. ita enim uers. docuit in casu

bus contingebat, & Ioannes Paulus Galterius in praxi iurari, p. 1. rub. 4. vel acceptans solemniam adhibeat, num. 3. in additione sub signo a terico, incipiente, adde Guierri. vbi & in specie meminuit Regis nostri Philippi IV. eiusque atatis.

14 Qui tamen omnes, vt huic praxi, & contrariae consuetudini locus sit, merito requirunt, vt Princeps minor, solus arbitrio suo non administret, sed cum consilio procerum, seu prudentium, ac fidelium virorum, tam ad ea, quae iustitiae exercitium, quam quae Reipublicae statum, eiusque gubernationem concernunt, in consilium suum adle-

15 ctorum, quos * Hispania nostra passim experitur, & antiquioribus auis experta est, & id saltem temperamentum huic sententiae, quam tamen ipse non probat, adhibendum esse admonet etiam Pereira in d. l. de curatore, verbo hunc contractum, numer. 47. vbi sic quod sequitur, Paulus Montanus de iur. dist. cap. 37. reg. 1. num. 7. 1. vers. non tamen, Mastrillus de magistrat. lib. 3. cap. 4. numer. 179. & 180. quem ad hoc laudat D. Valencuela dist. consil. 198. numer. 126. Nam & si alias * non satis expedi-

16 tum sit, an huiusmodi procerum, consiliatorumque suorum consilium Princeps requirere, ac sequi omnino teneatur, tam in legibus ferendis, quam in gerendis alijs quibuslibet rebus, ad eius minus pertinentibus imo receptius sit, etiam in arduis de honestate tantum, non etiam de necessitate id consilium requiri, vt ex l. ff. de consil. Principum §. sed & quod Principi, cum relatis à Pichardo num. 1. ad finem, in l. ff. de iure naturali, iuncta ad l. humanum 8. C. de legibus c. fundamenta 16. §. decet, de elect. in 6. l. 9. vers. e que las fagan, tit. 1. part. 1. aliique iuris locis, quae sic intelliguntur, late ad partes disputantes concludunt Burgenfis Marcus Salon de Pace in proemio legum Tau. a num. 449. D. Ferdinand. Menchaca controuers. illust. lib. 1. c. 23. à numer. 2. ante med. vers. in contrarium, Petrus Augustinus Morla in imperio vtriusque iuris ad tit. de legibus quas. 3. à num. 3. maxime num. 9. 10. ac num. ult. ad finem, Hieronymus Ceuallus communium contra communes lib. 3. q. 84. ex numer. 3. nouissime Gratiosus Vberius in eleganti dialogo de iuribus congressuum, congressu 5. §. seu numer. 10. idque verius esse agnoscit Petrus Gregor. cuius illi non meminere, de Republ. lib. 24. c. 7. num. 1. vers. dico qui, tamen in proposita specie, * cum Princeps minor solus Regnum administret, omnino consilio indiget, nam (vt Aurelius Cassiodorus epistolarum lib. 11. epist. 1. eleganter scriptum reliquit) hoc est profectò difficillimum regnandi genus, exercere inueniem in suis sensibus Principatum, & vnum omnino bonum est, dominum triumphare de moribus, & hoc consequi in florida aetate, ad quod vix creditur cana modestia peruenire, & ideo non sola humanitatis, & honestatis ratio, sed & ipsa iuris necessitas huiusmodi consilij requisitioni, & obsequio eum adstringit, iuxta vim, quam vocant directiuiam, ex reg. l. digna vox 4. Cod. de legibus, cum similibus, qua de re scripti quondam breuiter nonnulla in extemporali lect. Salmanticae typis excusa ad Text. in c. 1. de fide instr. suo num. 20.

18 Dixi solum, vt intelligerent Principem, non tantum abscque curatore agentem, sed & sine alio, sponte à se in familiaritate, seu domestico consultorem assumpto (vulgo priuatum dicimus) prout * ab antiquissimis temporibus Reges facere consueverunt, vt pluribus, ab ipsa etiam sacra pagina petitis testimonijis eruditè vt solent, probant Pater Magister Ioan. Marquez in Gubernatore Christiano lib. 1. c. 17. pag. mihi 104. à vers. De que podemos inferir, & Carolus Scribanus in institutione politico-Christiana lib. 2. cap. 46. seu finali, vbi * aliquot prudentissimas, ac

20 sanctissimas adfert conditiones, quas in hisce familiaribus tum deligendis, tum conferendis, & in officio continendis Reges ipsi obseruare debent. Sed & aliàs vice versa per se delectos obseruandas, quò magis in tuto maneat, non minus cordatè idem Carolus enarrat lib. 1. cap. 12.

11 Et sequè etiam Regibus nostris antiquissimum, huiusmodi priuatos, ac selectos viros, velut in adiutorium, & tantæ molis leuamen, ac solatium aliquod sibi assumere, leges ipsæ Regiæ, quibus vitum, quæ passim illorum meminere, non obscurè demonstrant. Eæ sunt lex 2. tit. 2. s. lib. 3. lex 15. tit. 10. lib. 5. & lex 7. tit. 10. lib. 9. noua compilat. quas leges fero acceptas vito eruditissimo, omnique antiquitatis vigilantissimo indagatori D. Laurentio Ramitcho, supreni imprimis rei Dominicae, deinceps Indiarum consilij Regiæ Senatori, qui eas mihi, secum hæc conferenti, velut in proposito notabiles, propria manu exaratas ostendit. Is ergo, * qui talem ac tantam Principis sui gratiam, & electionem meruit, iure optimò, quod ad Reipublicæ gubernium, iustitiaeque administrationem attinet, veri, ac proprij curatores vices geret, eiusque defectum supplebit. Nam * & vbi curatorem Rex minor accepturus esset, non alium, quàm à se nominatum accipere adstrictus foret, ne in omnibus peiorum, quàm priuatos fortunam experiretur, ac natus ope, * & adiuuamento talis domestici consultioris (cui hodie præclarissimum, prudentissimum, milleque aliis nominibus conspiciuum, atque Regia amicitia dignum, experimur, cui scripta hæc nostra dicamus) quid nisi summus Princeps, tametsi 20. annis: lege leppipartiti iuris desideratis, minor proponatur, pro maiore per omnia sit habendus? nec magis siue ad ferendas leges, siue ad alias quascumque Reipublicæ res gerendas, aliorum procerum, ac Senatorum consilium requirere necesse habeat, quàm cæteri Principes maiores nati, sed de honestate, ac decencia tantum. Quam vitæ * humanissimi Reges nostri, maximeque iustitiae, ac publicæ quietis cultores, & amatores, in omnibus per eos gerendis semper obseruare sunt soliti, vt vel ipsorum * sanctissimæ, ac prudentissimæ leges planissime demonstrant, & testantur in optimo proposito viri eruditissimi D. Ioannes Solorzano in pulcherrimo, ac terribissimo tractatu de iure Indiarum lib. 3. cap. 2. numer. 2. & 3. & Alphonfus à Carrança, insignis consiliarium nostræ Hispaniæ aduocatus, in omnigenæ eruditionis pleuo tract. de vera humani partus designat, cap. 16. §. 2. numer. 56. ad finem, idque merito, nam, * vt proterbiarum cap. 11. vers. 14. scriptum est, salus illi est, vbi multa consilia, & cap. 13. Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia, eoque nomine valde laudatur Rex Alluener in lib. Esther cap. 1. vers. 13. quod interrogauit sapientes, qui ex more Regio semper ei aderant, & illorum faciebatur quædam consilia, scientium leges, ac iura maiorum, quod & Theodotius Rex dixit apud Cassiodor. lib. 2. var. epist. 6. his verbis: Deliberationis nostre consilium virorum prudentum requirit obsequium, vt vilitatis publicæ ratio sapientum ministerio compleatur, qua de re grauitè, & eruditè discunt Petrus Gregor. de Republ. dist. lib. 14. cap. 7. vcl. vtrium melius faciet, D. Ioan. Solorzano d. c. 2. ex num. 10. Petrus Fernandez Nauarrete in suis discursibus politici. discursu 1. à pag. 25. P. Magister Marquez in Gubernatore Christiano, lib. 2. cap. 18. circa med. idem breuiter monuit Onofander Stragetius cap. 3. & in eius notis Ioannes Cochier, qui & ipse latius prosequitur, & exemplis illustrat

21

22

23

24

25

in thesaurio politico-aphorism. cap. 13. doctissimus Pater Adamus Contzen politior. lib. 7. cap. 13. à §. 9. (qui §. 12. in specie meminuit nostræ Hispaniæ consilio, illorum admodum institutionem probans, vt Romanam industriam cum fugisse asserat) nouissimè & eruditissimè D. Christophorus Moscolo in supremo Indiarum imprimis, nunc Castellæ consilio Fiscus Regius, in eleganti discursu ad Regem nostrum super insinuatione decreti de diuidendis fructibus Episcopatum in Indiarum partibus vacantium, num. 56.

28 Nec nos mouere debet, quod vitum aliqui doctissimum Bartholomeum Humada in scholis ad reuliam glossam 3. Gregorij Lopidis in d. l. 3. parte, ex num. 1. in fine, permouit, vt illius legis defuetudinem, siue contrariam consuetudinem, & praxim negaret, nempe consuetudinem in his, quæ iuris sunt positiui, per inferiores induci, non per eos, qui legem dicere possunt, l. de quibus 31. ff. de legibus l. 1. c. qua sit longa consuetudo, s. in de consuetudine, cum similibus, Regem autem, & proceres, seu gubernatores in exemplis per DD. commemoratis, pro illa vice tantum aliter, quam in lege partitæ sancitum sit, disposuisse, quia ita animaduertentur expedire propter casus indigentiam, nihil inuouando, nec derogando. Nam, & si * Ioannes Gutierrez d. c. 18. num. 28. qui hæc Humada objectionem refert, nihil ei responderit: hoc tamen ipso, ne aliquid suspicemus, satis eius debilitatem innuat, dum scilicet illa velut leuissima neglecta, vltieris progredietur, ac tardus cursus suos peragat, contrarium securè docens, vt de Diana, siue Luna erga canem, in eam noctu latrantem, perbellè cecinit Alciatus Emblanate 164. his verbis.

Lunarem noctu, vt speculum canis inspicit orbem, Sequè videns, alium credit inesse canem, Et latrat, frustra agitur vox irrita venis, Et peragit cnsus furda Diana suos.

